et venustiani cum uxore et filiis sub maximiano imperatore.
Ex quibus marcellus et exsuperantius primo eculeo suspensi. dein
fustibus grauiter macerati. post ungulis abrasi. et laterum adusti
one assati martyrium compleuerunt. Venustianus autem non multo
post una cum uxore et filiis gladio necatus. Sanctus uero sabinus post
manuum detruncationem et diutinam carceris relegationem
usque ad mortem cesus est. horum itaque martyrium licet diuiso ex
titerit tempore. una tamen recolitur die. Alexandrie. natalis sancti
mansueti martyris cum aliis decem. II. Kl. Ian. Rome natalis
sancti Siluestri papae. cuius actus clari habentur. Apud senones.
beatorum sabiniani episcopi et potentiani. qui a pontifice ro
mano ad predicandum directi. eandem metropolim martyrii
sui confessione illustrem fecerunt. Et in eadem urbe sancte columbe.
virginis. que superato igne gladio cesa est. Retiarie. sancti her
metis exorciste.

Sybille generaliter omnes femine dicuntur prophantes. que
ob diuinam uoluntatem hominibus interpretari uentura
pronuntiare solebant. Tradunt namque doctores doctissimi
x. sibillas fuisse. Quarum prima de persis. ii. libica. iii. del
phica. que ante bella troiana uaticinata est. iiii. cimea.
in italia. v. herthrea in babilonia orta. vi. sannia.
a samo insula. vii. abnatheia. uel cumeta. viii. elles
pontica. viiii. frigia. x. tiburtina grece uel latine al
binea uocata. Ex cuius carminibus de deo et christo scripta
continentur. Fuit quidem hec sybilla priami regis filia ex
matre nomine hecuba procreata. Vocata est autem in greco

tiburtina. latine vero albunea. hec circuiens diversas partes
orbis predicavit asiam. macedoniam. herestaciam. agagalleam.
ciliciam. pamphiliam. galathiam. Cumque hanc mundi partem
vaticiniis suis replesset. inde venit egiptum. ethiopiam.
bagadam. et babiloniam. affricam. libiam. pentapolim. mauri
taniam. palestinam. Omnes has provincias predicavit. et spiritu prophe
tie repleta prophetavit bonis bona. et malis mala. Scimus
namque quia preconiis suis vera annuntiavit. et que in novissi
mis erunt ventura predixit. Audientes ergo eius famam principes ro
mani. statim nuntiaverunt in conspectu traia[ni] imperatoris.
Mittens ergo imperator legatos ad eam fecit eam cum magno
honore romam deducere. Centum ergo viri ex senatu roma
no somnium unum in una nocte viderunt singuli. Videbant
autem in visu quasi novem esse soles in celo. qui singillatim diver
si diversas figuras habebant. Primus sol erat splendidus.
et fulgens super omnem terram. Secundus sol magnus. etheream ha
bens claritatem. Tercius sol sanguineo colore flammigerans
ignis et terribilis. et demum splendidus satis. Quartus sol san
guine rubicundus. iiii. exeo iterum erant meridie radian
tes. Quintus sol tenebrosus. sanguineus. et lampans sicut in to
nitruo tenebroso. Sextus sol tenebrosus nimis. habebat
aculeum sicut stimulus scorpionis. Septimus vero sol terribilis
erat et sanguineus. itemque habens in medio gladium. Octavus
autem sol effusus. et sanguineum colorem habens in medium. Nonus
autem sol erat tenebrosus nimis. unum tantum habens radium
fulgentem. Cumque roma ingressa esset sibilla. videntes eam

cuius romani admirabantur nimiam pulchritudinem eius.
Erat autem venusto vultu decoro. eloquiis in verbis. atque
omni pulchritudine satis composita. suis auditoribus dul
ce prebebat alloquium. Venientes autem centum viri qui somnia vide
rant. dixerunt ad eam. Magistra et domina quam magnum et valde
decorum est corpus tuum. quale umquam in feminis preter te non vidimus.
precamur ut somnium quod omnes nos in una nocte vidimus. quid
futurum premonstrat aperias. Respondens sibilla dixit ad eos.
Non est equum in loco stercoribus pleno. et diversis contamina
tionibus polluto. sacramentum huius visionis detegere. Sed
venite ascendamus in appenninum montem. et ibi vobis
pronunciabo que ventura sunt civibus romanis. Et fecerunt ut
dixit. Illis interrogantibus. visionem quam viderant narraverunt ei.
At illa dixit ad eos. Novem soles quos vidistis. omnes futuras
gentes designant. Ut autem dissimiles eos inter se vidistis.
dissimilis erit et vita in filiis hominum. Primus autem sol. prima
generatio est. Erunt homines simplices et clari amantes libertatem.
veraces. mansueti vel benigni. amantes consolationes
pauperum. et satis sapientes. Secundus sol. secunda generatio est. Erunt
homines splendide viventes. et credentes multum. deum co
lentes. sine malis gubernantes in terra. Tercius sol. tercia generatio
est. Exurget gens ingentem. et erunt pugne multe in roma.
Quartus autem sol. quarta generatio est. Erunt homines qui veritatem abne
gantes. Erunt in diebus illis exurget mulier de stirpe he
breorum nomine maria. habens sponsum nomine ioseph. Et creabitur
ex ea sine commixtione viri de spiritu sancto filius dei nomine ihesus.

et ipsa erit uirgo post partum. Qui igitur ex ea nascetur erit uerus deus
et uerus homo. sicut omnes prophete prophetauerunt. et adimplebit legem he
breorum. et adiunget sua propria insimul. et permanebit reg
num eius in secula seculorum. Nascente autem eo exercitus angelorum a dex
tris et a sinistris erunt dicentes. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis.
Veniet namque uox super eum dicens. Hic est filius meus dilectus ipsum audite.
Erant autem ibi ex sacerdotibus hebreorum qui audientes hec uerba
indignati dixerunt ad eam. Ista uerba terribilia sunt. sileat hec
regina. O iudei necesse est ista fieri sicut dictum est. sed uos non
credetis in eum. At illi dixerunt. Nos non credimus quia uerbum et
testamentum dedit deus patribus nostris. et auferret manum suam a
nobis. Respondit eis iterum. Deus celi sibi genitum est filium ut
scriptum est qui similis erit patri suo. et postea ille infans per etates
crescet. et insurgent reges mundi et principes terre. Et in diebus
illis erit cesari augusto celebre nomen et regnabit in roma.
et subiciet omnem terram sibi. Postea conuenient sacerdotes
hebreorum contra ihesum christum quod multa signa faciet. et compre
hendent eum. Dabunt alapas deo manibus incestis. et in uultum
sacro expuent uenenata sputa. Dabit uero ad uerba dorsum
suum. et colaphos accipiens tacebit. Ad cibum autem fel. et ad
sitim acetum dabunt. Et suspendent eum in ligno et occident et
nichil ualebunt. et die tercia resurget. et ostendet se suis
discipulis et ipsis uidentibus ascendet in celum. et regni eius
non erit finis. Dixitque principibus romanorum. Quinto sole quinta
generatio est. et eliget sibi ihesus duos piscatores de galilea.
et lege propria docebit eos dicens. Ite et doctrinam quam ac

cepulis a me docete omnis gentes. et per .lxx. et duas linguas
subicient ei omnes nationes. Sextus sol. sexta generatio est. et ex-
pugnabunt in illa annos tres et menses .vi. Septimus sol .vii.
generatio erit. et exurgent duo reges. et multas facient perse-
cutiones in terra hebreorum propter deum. Octauus sol .viii. generatio
erit. et roma in desertatione erit. et pregnantes ululabunt
in tribulationibus et doloribus dicentes. Putas ne pariemus.
Nonus sol .viiii. generatio erit. et exurgent principes romani in
perditionem multorum. Tunc exurgent duo reges de siria. et ex-
ercitus eorum innumerabilis sicut arena maris. et obtinebunt
ciuitates et regiones romanorum usque ad macedoniam. et tunc
multa erit sanguinis effusio. Omnia hec quorum reminiscuntur
ciuitas et gens tremiscet in eis. et dispendent orientes. Et post hec
surgent duo reges de egypto. et expugnabunt annos .iii. et
menses .vi. Et post eos surget alius rex per .C. nomine potens in prelio.
qui regnabit annos .xxx. et edificabit templum deo. et legem adim-
plebit. et faciet iusticiam propter deum in terra. Et post hunc surget
alius rex. qui regnabit paucis temporibus. et expugnabunt eum et occident
eum. Post hunc uero erit rex per .B. nomine. et de .B. procedet rex audon.
et de audone egredietur .A. et de .A. generabitur .A. et ipse sedis .A.
erit bellicosus nimis et preliator. Et de ipsa .A. nascetur rex
per .A. nomine nascitur est .L. et potestatem habebit super .x. et viiii.
reges. Et post hos surget rex salicus de francia per .K. nomine. ipse
erit magnus et piissimus. et potens. et misericors. et faciet iusti-
ciam pauperibus. Tanta namque in eo erit uirtutis gratia. ut per uiam
gradiens arborum coram eo inclinent cacumina. Aqua namque

in occursu eius minime tardabit. Similis autem ei in ipso romano rex ante eum non fuit. nec post eum futurus erit. Et ueniet rex post eum per L. et per hec regnabit. B. et post B. procedet. xxii. B. et de B. egredietur A. et ipse erit nimis bellicosus. et nimis fortis in prelio. et multum erit persecutor paganorum siue per terram. et non dabitur in manus inimicorum. et morietur exul extra regnum. et anima eius in manu dei. Et surget alius rex per V. nomine ex una parte salicus. et ex altera longobardorum. Et ipse habebit potestatem in terra contra pugnantes. et contra omnes inimicos. Et in diebus illis procedet rex per O. nomine. erit potentissimus. et fortis. et bonus. et faciet iusticiam. et reges iudicabit. Et de ipso O. procedet alius O. potentissimus. et erunt sub eo pugne inter xpianos et paganos. et sanguis grecorum fundetur. et cor eius in manu dei. et regnabit annos vii. et ex ipsa muliere nascetur rex per O. nomine. hic erit sanguinarius et facinorosus. et sine fide et ueritate. et per eum multa malicia erit. et multa sanguinis effusio. atque destructe erunt ecclesie in ipsius potestate. In aliis namque regionibus tribulationes erunt multe et prelia. Et surget gens aduersus gentem in capadocia et pamphilia. Captiuabuntur in ipsis temporibus eo quod non introierit per ostium in ouile. Et post eum surget rex per A. nomine. et in diebus eius erit et siria captiuabitur. Ipse rex erit ex gente longobardorum. Et exurget rex salicus per O. nomine. et expugnabit longobardos. et erunt prelia et pugne. Ipse autem rex salicus erit fortis et potens. et paucis temporibus erit regnum eius. Et exurgent agareni et tiranni

& captiuab͞t tharentū. & baro. & multas ciuitates dep̄
dab͞t. Et uolentes uenire romā nēc q̄ eis resistat. n̄ d̄s
deoꝝ & celsis ānoꝝ. Tc̄ uenientes armeni p̄sida disp̄deēt.
ita ut n̄ recupent ciuitates q̄s dep̄dab͞t. Et accurren
tes p̄si ponēt fossata iuxta orientē & expugnab͞t
romanos. & obtineb͞t pacē aliquantis annis. Et intrabit
uir bellicator rex grecoꝝ in hierapoli. & destruet tēpla
idoloꝝ. Et uenient locusta & bruc̄. & comedēt omīs
labores & fructꝰ cappadocie. ac fame cruciabuntur.
& p̄ea n̄ erit amplꝰ. Et cōsurget alius rex salic̄ uir fortis
& belligerator. & indignabunt cont̄ eū uicini & pa
rentes. Et in dieb; ill' tradet fr̄ fr̄em in mortē. & pat̄
filiū. & fr̄ cū sorore cōmiscebit. & multa nefanda ma
licia hoīū erit in t̄ra. Senes cū ūginib; cubab͞t. & sa
cerdotes mali cū deceptis puellis. omniū malefactoꝝ
sectatores er͞t. & fiet effusio sanguinis in t̄ra. & tēpla
scōꝝ polluent. & er͞t in p̄plo fornicationes. in mūdicie.
sodomicū scel'. ita ut uisio ipsoꝝ in cōtumeliā eius
appareat. Et er͞t hoīes raptores. cōtumeliosi. odientes
iusticiā. & amātes falsitates. & iudices romani inimi
cab͞nt. Si hodie ad iudicandū inmittunt. alio die inmu
tabunt p̄t pecuniā accipiendā. & n̄ iudicab͞t rectū
& falsū. Et er͞t in dieb; ill' hoīes rapaces. cupidi. ꝑiuri.
& amātes munera falsitatis. & destruet lex & ueritas.
& fiet t̄re mot' p loca diuisa. & insulaꝝ ciuitates & regi
ones dimersione dimergent. & erit p loca pestilentia

hominum. et terra ab inimicis desolabitur. et non prevalebit conso-
lari eos nec vanitates deorum. Post hec surget rex per B. nomine. et
erunt sub illo bella. et duobus annis regnabit. Et post hunc surget
rex per A. nomine. et veniens obtinebit regnum aliquanto tempore
et veniet romam et captivabit eam. Et non mortificabit omnia
eius in manu inimicorum illius in diebus vite sue. Sed erit bonus et
magnus. et faciet iusticiam pauperibus. et ipse vivet longo tempore.
Post hec vero surget alius rex per B. nomine. et de ipso B. procedet xu
et erit gentis longobardorum et regnabit usque ad annos c. Tunc post
eum surget rex per E. nomine salicus de francia. Tunc erit inicium
dolorum qualis non fuit ab inicio mundi. et erunt in diebus ipsius
pugne multe. et tribulationes multorum. et sanguinis effu-
sio. et terremotus per civitates et regiones. et terre multe
captivabuntur. et non erit qui inimicis resistat. quia tunc dominus
iratus erit in terra. Roma in persecutione et gladio expug-
nabitur. et erit deprehensa in manu ipsius regis. Et erunt
homines rapaces. cupidi. tyranni. odientes pauperes. op-
primentes insontes. et salvantes noxios. Eruntque homines iniusti
et nequissimi. et dominatores exterminii. Captivabuntur et non est
qui resistat aut eruat illos propter eorum perfidiam et cupiditatem.
Et tunc surget rex grecorum cuius nomen constans. et ipse erit rex ro-
manorum et grecorum. Hic erit grandis. et aspectu decorus. vultu
splendidus. atque per singula membrorum liniamenta decenter com-
positus. Et ipsius erit regnum c. et xii. annis terminabitur.
In illis quoque diebus erunt divicie magne. et terra habundanter
dabit fructum. ut tritici modius denario uno vendetur.

modius tritici tantundem modius olei tantun
tura habebit ante oculos dicentem. Rex ro
sibi vendicet regnum christianorum. Omnes insulas
paganorum devastabit et universa idolorum destruet
et omnes paganos ad baptismum convocabit et per omnia templa
crux Christi erigetur. Tunc namque preveniet Egiptus et Ethiopia man
dare deo. Qui vero crucem domini non adoraverit gladio punietur.
Et cum completi fuerint c et xii anni Iudei convertentur ad dominum
et erit sepulchrum eius gloriosum. In diebus illis salvabitur Iuda et
Israhel habitabit confidenter. In illo tempore surget princeps iniqui
tatis de tribu Dan qui vocabitur antichristus. Hic erit filius perdi
tionis, caput superbie, magister erroris, plenitudo malicie.
qui subvertet orbem et faciet prodigia et signa multa per fal
sas simulationes. Deludet autem per artem magicam multos
ita ut ignis de celo descendere videatur. Et minuentur anni
sicut menses et menses sicut dies et dies sicut hore. Et exurgent ab
aquilone viri spurcissimi et gentes quas Alexander magnus rex
inclusit Gog et Magog videlicet. Hec sunt xx et duo regna,
quorum numerus sicut arena maris. Cum autem audierit rex roma
norum convocato exercitu debellabit eos atque prosternet
usque ad internitionem. Et postea veniet Ierusalem et ibi deposi
to diademate a capite et omnem habitum regalem relinquet
regnum christianorum deo et patri et Ihesu Christo filio eius. Et cum cessa
verit imperium romanorum tunc revelabitur manifeste antichristus.
et sedebit in domo domini in Ierusalem. Regnante autem eo egre
dientur duo clarissimi viri Helias et Enoch ad annunci

... & antixpc eos occidet. Et erit p...
... fuit antea. nec p̃ea subseq̃t. Adbreuia...
... illos ppt electos. & occidet uirtute dñi
... michaele archangło in monte oliueti. Cuĩ
... illa hec & alia multa romanis futura p̃dixerit.
quib; etiã signis ad iudicandũ dñs uenturus e̊ uati
cinando intonuit dicens.

Iudicii signũ tellus sudore madescet.
E celo rex adueniet per secla futurus.
Scilicet in carne presens ut iudicet orbem.
Unde deum cernent incredulus atq; fidelis.
Celsum cum sanctis eui iam termino in ipso.
Sic anime cum carne aderunt quas iudicat ipse.
Cum iacet incultus densis in ueprib; orbis.
Reicient simulacra uiri cunctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis pontumq; polumq;.
Inquirens tetri portas effringet auerni.
Sanctorum sed enim cunctę lux libera turmis.
Tradentur sontem eterna flãma cremabit.
Occultos actus retegens tunc quisq; loquetur.
Secreta atq; deus reserabit pectora luci.
Tunc erit et luctus stridebunt dentib; omnes.
Eripitur solis iubar & chorus interit astris.
Soluetur celum lunaris splendor obibit.
Deiciet colles. ualles extollet ab imo.
Non erit in reb; hominũ sublime uel altum.
Iam montes campis & cerula ponti.
Omnia cessabunt tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur fluminaq; igni.
Sed tuba tũ sonitũ tristem dimittet ab alto.
Orbe gemens facinus miserũ uariosq; labores.
Tartareumq; chaos monstrabit terra dehiscens.
Et coram hic dño reges sistentur ad unum.
Decidet e celo ignisq; & sulphuris amnis.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

TIFFEN Gray Scale
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M
© The Tiffen Company, 2007
TIFFEN Color Control Patches
Inches
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
© The Tiffen Company, 2007